


Conuocatus ihc̄ duodecim discipl̄s suos · dedit illis potestatem spirituum immundorū · ut eicerent eos · et curarent omnē languorem · & omnem infirmitatē · Duodecim aut̄ apostolorū nomina · sunt haec · Primus symon qui dicit̄ pet̄rus · et andreas fr̄ eius · Iacobus zebedei · et iohannes fr̄ eius · Philippus & bartholomeus · thomas et matheus publicanus · et iacobus alphei · & taddeus · Symon chananeus · & iudas scariothes · qui tradidit eum · Hos duodecim misit ihc̄ · precipiens eis & dicens · In uiam gentium ne abieritis · et in ciuitates samaritanorū ne intraueritis · sed potius ite ad oues que perierunt domus isr̄l · Euntes aut̄ p̄dicate dicentes · quia appropinquabit regnū celorū ·

In natalicis aplorū · S. iohann. Illo tempor̄ · Dixit ihc̄ discipulis suis · Ego sū uitis uera · et pater meus agricola ē · Omnē palmitē in me non ferentē fructum · tollet eum · Et omnem qui fert fructum purgabit eum · ut fructum plus afferat · Iā uos mundi estis · propt̄ sermonē quem locutus sū uobis · Manete in me · & ego in uobis · Sicut palmes n̄ potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uitae · sic nec uos nisi in me manseritis · Ego sum uitis · et uos palmites · Qui manet in me · et ego in eo · hic fert fructū multū · q̄a sine me nihil potestis facere · Si quis in me n̄ manserit · mittet̄ foras sicut palmes et arescet · Et colligent eū · et in ignē mittent · et ardet · Si manseritis in me et uerba mea in uob̄ manserint · quodcūq uolueritis petetis · et fiet uob ·

92v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1140/0190